

Joachim Otto


**In Alterum Jubilaeum Lutheranum, Jubente Serenissimo Principe Ac Domino,  
Dn. Carolo Leopoldo, Duce Regente Terrae Meclenburgicae, Principe Vetustae  
Gentis Henetae, Sverini & Raceburgi ... Domino Nostrolonge Clementissimo Ob  
Purgata Ecclesiae Sacra, D. XXXI Octobris. A. M. DCCXVII. Güstroviae celebratum**

Güstroviae: Lembke, [1717]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn832090956>

Druck Freier  Zugang





DK-9453 (1)

IN  
ALTERUM JUBILÆUM LUTHERANUM,  
*JUBENTE*  
SERENISSIMO PRINCIPE  
AC DOMINO,

DN. CAROLO  
LEOPOLDO,  
DUCE REGENTE TERRÆ  
MECLENBURGICAE,  
PRINCIPE VETUSTÆ GENTIS  
HENETAE,  
SVERINI & RACEBURGI, COMITE  
SVERINENSI, TERRARUM ROSTOCHII  
& STARGARDIÆ DYNASTAE,

DOMINO  
NOSTRO LONGE CLEMENTISSIMO  
*OB PURGATA ECCLESIAE SACRA,*  
D. XXXI. OCTOBRIS. A. M. DCCXVII.  
GÜSTROVIAE,  
*celebratum.*

Progr.



Ubilæum jam celebramus inter ipsa  
DEI iudicia, quæ Ecclesiam nostram mi-  
sere exercent, turbant & affligunt, in i-  
pso etiam studio veritatis, quod commif-  
sum nobis à DEO, ex quo tempore pur-  
gata nobis veritas rediit, curante B. Lu-  
thero. Si quæ enim tempora Ecclesiæ turbulenta fu-  
ere, in quibus velut summa imis miscentur ad pernici-  
em Ecclesiæ nostræ, sane nostra hæc sunt. Equidem si  
veritatem, eamque simplicem divinæ Scripturæ in con-  
siliium adhibemus, non est, quod metuamus Ecclesiæ no-  
stræ, dum per omnes partes in publica fidei & morum  
doctrina quam planissimè convenit cum sacris literis.  
Loquitur hic pro nobis ipsa Confessio Augustana, quam  
sequimur in omnibus, sicut in Comitibus prælecta fuit.  
Quid enim erroris, quid vitii in eadem est? an in  
omnibus, quæ docet, ipsa etiam Scriptura aperte docet?  
Ita congrue, perspicue, & solide mens Scripturæ Sacræ  
in singulis partibus est ibidem expressa, ut, qui vel pa-  
rum velit patiens esse disciplinæ, remque cum re confer-  
re, non habeat, quod cum ratione opponat. Sive enim  
nexum verborum velis in Scriptura naturalem, sive *δὲν αὐτῆς*  
& vim concludendi, sive analogiam & conformationem  
fidei, sive simplicitatem animi, spectabis in Augusta-  
na Confessione veritatem omnem, & senties etiam. Lo-  
quuntur etiam pro nobis, qui sunt reliqui Libri Symboli-  
lici,

NUTRITIO & omnibus præsentibus, carmine Germ.  
roni Magni, literarum Promotores atque Fautores ontimi

lici, explicantes nobis & confirmantes magis veritatem, ut pateat inde satis, non discessum esse à puritate, neque à necessitate illius fidei. Quid ergo est, quod reprehendis, aut desideras in doctrina nostra publicæ Confessionis, sive ad illustrandam DEI gloriam in justitia & misericordia, sive ad laudem satisfactionis CHRISTI in infinitum, sive ad agnitionem miseræ nostræ, & informationem fidei & pietatis, ad omnem perfectionem animæ. Tam apte in doctrina sibi omnia cohærent ex Scriptura, etiam ad pietatis studium, ut fundamentum fidei, quod est JESUS CHRISTUS h. e. ejus meritum, sit omnino apud nos integrum. Sed impietas vitæ est, quæ fidem disjungit, impedit & turbat, & nescio quantum veram etiam Ecclesiam affligit. Et vah! quantum hæc grassatur jam contra ipsam veritatem, etiam inter nos ut eandem retineat & supprimat. Quantum negligit amorem veritatis, ut maxima hominum pars in ignorantia versetur, aut in contradictione, aut vana sui persuasione! Quàm suspectam & impuram reddit Ecclesiam nostram vel ipsis Turcis & Judæis! Et quantum sic regnum tenebrarum auget, sineque suo veritatem nostram privat, ut fere dubia reddatur Ecclesia nostra, si eandem conferas cum Scriptura in externa facie, dum vita multorum est mundi, non fidei. Quid juvat gentiles veritas, dum eandem in iniquitate retinent h. e. impediunt, ne ad finem suum perveniat, quæ ipsis est, de DEO cognitio Rom. I, 18. ? Et quàm vani sunt, qui veritatem in labiis, non in corde ponunt, ut eandem etiam exercent. Plane quàm gravissime dicitur 1. Joh. II, 4: *qui ait, novi DEUM & mandata ejus non servat, mendax est, & in eo veritas non est*, non quæsi falsa essent, quæ de DEO vera intelligit, sed quod lucem inter & tenebras pacisci velit, & CHRISTUM cum beliale conjungere, aut otiosum esse

a 2 cogi-

Progr

que

cem

HA

D

EL

ffita

STO

ffer

NN

De

CU

fion

NN

obl

IAE

atio

TA

one

US

ion

NE

co

NUTRITIO & omnibus presentibus, carmine Germ.  
roni Magni, literarum Promotores atque Fautores optimi

cogitet. DEUS enim sicut ita verus est, ut etiam sit ipsa bonitas, & beatus ille 1. Tim. VI, 15., cui nihil deest, ipseque finis omnium rerum, quo contendunt omnia, ita nec nudam veritatem esse vult in homine, quæ est sine bonitate, sine fine, sed eam, quæ ad ipsum redeat, hominemque ipsi conjungat, tanquam creaturam suam. Quod adeo certum, ut nec instituere aliquem Vir bonus possit in veris fidei & virtutis præceptis, nisi velit & fidem accendi, & virtutem inflammari, 1. Tim. I, 5. Quid ergo mirum, non subsequente fine, & crescente potius impietate, vanum esse laborem, vanamque veritatem omnem, imo nullam. Quæ enim actio omnis est propter finem, illa, fallente fine aut sublato, frustranea etiam est, & sicut nulla. Et vah! quantum illos fallit veritas, quam nulla ipsis est, qui plane in contrarium ruunt, ad libidinem carnis suæ transferentes etiam fidem Christianam, eamque mundo conformantes. Non enim ipsi credunt, quod verum proponunt, aut alienum à se judicant, aut sibi minuunt, aliterque explicant in gratiam carnis suæ. Quomodo ergo illis Scriptura tribuere potest, quam veritatem ipsi abjiciunt. Adeo verò misere agitur cum humano genere, ut, dum DEUM ignorat, obbrutescat, aut superstitiosum fiat, & dum novit, inque ipsa luce versatur, parum curet, eumque sibi facilem persuadeat ad quamcunque voluntatem suam: sicque homines intelligendo faciunt, ut nihil intelligant, & magis in stultitiam vertantur. Sed agnoscamus tandem etiam inter nos DEI judicia justissima, quibus vindictam scelerum sumit satis gravem. Vah! quantum laceratur jam Respublica Lutherana. Quam infestis inter se congregiuntur armis, & quantum frangitur & minuitur in tanta hominum laniena! Neque finis est malorum, dum nec finis est impietatis. Quot Principes jam mutarunt animum,

num, facta secessione ad aliam fidem ! Nolo multis lu-  
ctum refricare, & precandum potius, ne alii, dum pa-  
rum sunt firmati, idem inconstantia exemplum sequan-  
tur. Neque adeo mirum, eo abduci Principes, quibus  
mundi gloria magis animum distrahit, quibusque ma-  
jus obsequium est & carnis & mundi, intantibus hominum  
& rerum blanditiis. Sed inter nos esse, qui meliora do-  
cti, rerumque satis periti, ipsam tamen fidem nostram,  
conversis armis, laceffunt, id equidem mirum & deplo-  
randum. Horret animus neque charta permittit, ea  
multis hic transcribere, quæ sive Arnold, sive Dippel,  
sive alii Indifferentes in fraudem & detrimentum Eccle-  
siæ nostræ, in qua tamen ipsi nati, scripsere. Et sicut  
Indifferentes esse volunt, h. e. nullius religionis, ita nec se  
credendi formis, nec ulla se sanorum verborum *ὁμοφωνίας*  
adstringi permittunt, velut homines supra humanam sor-  
tem positi, penes quos nullus esset erroris metus, in qua-  
cunque etiam sua Scripturæ explicatione. Quantum op-  
pugnent libros fidei nostræ Symbolicos, aut quàm pa-  
rum curent, aut quàm abjecte de iisdem sentiant, aper-  
tum est. Scilicet ut liberius sentiant, quicquid velint, ul-  
tra sanæ mentis etiam limites vagantur, per rationis suæ  
libidinem, postquam semel decretum est, religionis li-  
bertatem sequi, i. e. nullam. Atque ut in compendio  
habeamus, quæ in multis, iisque etiam magnis libris  
sparsim leguntur, in conspectum prodeant hic ipsæ the-  
ses, quas in suis de *recentissimo indifferentismo* prælectio-  
nibus quàm gravissimè exhibet B. Dn. *Fechtius*, Theolo-  
gus supra laudem meam positus, cujus etiam cineres e-  
go veneror, postquam magno cum Ecclesiæ damno hu-  
manis rebus jam ereptus est. Ita verò ille Cap. IV. §. 15.  
quàm planissimè *Indifferentium* hodiernorum mentem &  
*religionem exponit verbis*, quibus ipsi utuntur, ut vul-



Progr

que  
cem  
HA  
D  
EL  
ffita  
STO  
ffere  
NN  
De  
CU  
fione  
NN  
obli  
IAE  
ation  
TA  
one  
US  
ione  
NE  
con

go magis placeant, germanicis : I. Daß mehr einem wahren Christen nicht nöthig / als daß CHRISUS unser Heyland sey / durch dessen Gnade wir fromm leben / und selig werden müssen. Wann der Mensch einmahl fromm worden / so lehre ihn das übrige / so ihm etwa zu wissen nützlich und anständig sey / die Salbung / es sey nicht nöthig solches aus Catechismus, confessionen oder dergleichen Sachen zu lernen. II. Die Frömmigkeit und der Glaube bestehe in der Liebe GOTTES und des Nächsten / und in Verleugnung seiner selbst / und werde daher die wahre Kirche von der Falschen unterschieden durch die Liebe / nicht durch die wahre oder falsche Lehre. III. Man müsse daher allen unterschied der Religion und alles Sectirisches wesen spinne feind sein / indem / wer fromm sey / in allen Religionen selig werden könne / und es daher gar nicht an der wissenschaft und erkantniß Göttlicher Sachen / sondern bloß an der Frömmigkeit liege. IV. Eben also müsse man anfeinden und verfluchen alle glaubens Bekantnissen / alle Catechismos, alle Symbola, und Symbolische Bücher / sonderlich und vor allen die Formulam Concordiæ, weil sie nichts den Secten und Trennungen machen / und die Wissenschaft der darin begriffnen Sachen denen Menschen weder nützen / noch schaden / sie weder verdammten / noch selig machen könne. V. Eben dieser ursachen wegen solle man alle Keßermacherey als den Teufel selbst verfluchen / weil die Keßerey nicht im Irrthum des Verstandes bestehe / sondern der sey ein Keßer / der die Frömmigkeit hindere / er möge hernach in einer Religion leben worin er wolle. Und weil dieses die alten und neuen Keßer nicht gethan / sondern vielmehr diejenige / die sie verdammten haben / so solle man alle so genandte entschuldigen / und im gegentheil die so genandte Orthodoxos vor die aller größten Keßer erklähren. VI. Und weil die bisher so genandte

NUTRITIO & omnibus præsentibus, carmine Germ.  
roni Magni, literarum Promotores atque Fautores optimi

nandte Orthodoxy oder Lutheraner durch ihre Meinungen/ Formeln, Verdammungen/ Verkehrungen/ der wahren pietät den größten Schaden zufügen/ und also warhafftige Ketzer selbst/ und ihre Kirche Babel und antichristenthum seyn / so müsse man von diesem Babel ausgehen / sich von ihnen separiren, ihren Gottes-Dienst und Sacramenta nicht besuchen/ sondern zu Hause/ und mit seines gleichen seine devotion haben. Solte man aber gezwungen seyn oder werden/ sich zu einer Religion eufferlich zu halten/ so möge man gleichwohl eufferlich dero Versammlung und Sacramenta sich bedienen/ doch daß das Gemüthe von allen Sectirischen wesen/ Ketzermacherey und Zänckerey frey bleibe. Endlich VII. weil die Luthersche Lehrer vor allen andern auff die theoretischen warheiten des verstandes bringen/ und um jeden liederlichen dissensus willen in denen Meinungen das Käzermacher Handwerck strenue treiben/ so solle man sie vor allen andern Secten hassen/ keines einigen schonen/ ihre saubere Künste/ damit sie die Welt / von Lutheri Zeiten an biß auff diese Stunde/ betrogen/ und den armen Leuten die Gemüths Meinungen vor pietät verkauffen/ der Welt vor Augen legen/ damit endlich die in der alten Kirche üblich gewesene/ aber durch den jehigen verderbim grund verfallne Gottseligkeit / und Verleugnung sein selbst wieder auffkommen und triumphiren möge. Ita verò impietatem Ecclesiæ nostræ DEUS reprimit jam, simulata hominum pietate, ut intra ipsas Symbolorum munitiones, quibus nos tutos esse credimus, hostes spectemus, per quascunqve fidei partes ruentes. Atqve verendum, dum etiam Scholæ deseruntur, ne relabamur in pristinas mentis tenebras, quibus circumfusi erant homines in Ecclesia ante Lutherum. Vah! quantum negliguntur studia bonarum literarum, ruente ipsa juventute subinde magis

Progr

que

cem

HA

D

EL

ffita

STO

ffer

NN

De

CU

fion

NN

obl

IAI

atio

TA

one

US

ion

NE

cc

NUTRITIO & omnibus præsentibus, carmine Germ.  
roni Magni, literarum Promotores atqve Fautores optimi

gis in pejus, omnis etiam disciplinæ impatiente. Non amor est sapientiæ, non cura pietatis, non pretium, neque ullis stimulis aut precibus se patitur commoveri juvenus ad virtutis studium. Et si qui sunt adhuc bonæ mentis, qui semper sibi sapere, tamque cito pede abripiuntur ad majora, ut, neglectis fundamentis, vanum sit, quicquid artium superstruitur. Neque enim ætatem antecedit sapientia, & magnis etiam ingeniis sua dementia miscetur, quæ non prius corrigitur & deponitur, quam ubi matura accesserit ætas, quæ vanitatem in se ipsa agnoscit, defervescente tandem æstu sanguinis. Inter vitia ergo ponitur Seculi, quod & Scholæ sua jam habeant ubique decremента, dum in sola superficie hæret juvenus, properatque ad cathedram sacram, velut ad lignum gloriæ & questus sui, nulla solidioris doctrinæ habita cura, multo minus pietatis. Adeo videntur conspirare omnia ad calamitatem Ecclesiæ nostræ, dum quam habemus veritatem, velut in minimis nos ipsi ponimus, sola specie relicta pietatis carni nostræ. Cæcum esse oportet, DEI judicia qui hîc non intelligit. Neque enim impune Deus potest dimittere, quod scelus tam proterve committit hominum audacia, ea disjungens à veritate, quæ naturali nexu sibi cohærent, h. e. pietatem. Quam graves non dant inter ipsos gentiles incogitantia suæ pœnas, qui dum sapientiores visi, à DEO tamen se avertunt magis. In quam turpes cupiditates non præcipites subinde aguntur, ut, qui bonæ mentis præcepta tradidere, mentem ipsam amisisse legantur Rom. I. 21. seq. Quanto verò gravius in Christianos statuitur, qui majorem scientiæ lucem accepere? Atque semper in populum DEI severius animadversum, quo propius DEO accedere potuit, dum recessit. Amorem enim veritatis ad salutem

salutem suam qui parum facit, eo fortius tandem vi erroris abripitur, ex justo DEI iudicio, ut credat mendacio 2. Theff. II, 10. seq., augens sibi & naturalem miseriam & iram DEI. Quo enim major abundantia gratiæ est, eo major etiam est pœna incuriæ & abusus. Ipse David cum peccaret, nomenque DEI probro objiceret impiis, nefando adulterii crimine admissio, licet maneret in verâ fidei doctrina, quantis pœnis afficiebatur, & quanto tumultu concutiebatur Respublica! Longum foret, alia Ecclesiæ Veteris exempla adducere, quibus impietas vitæ fuit quàm gravissime vindicata, penes puritatem doctrinæ. Quantum ita metuit Germaniæ suæ ipse Lutherus, dum in impietatem hominum ætatis suæ quàm severissime his verbis invehitur Tom. VII. Altenburg. p. 473: Wir deutschen haben nun viel Jahr her das liebe Wort Gottes gehöret / dadurch uns GOTT der Vater aller barmherzigkeit erleuchtet / und von den greulichen Greueln der päpstlichen Finsterniß und abgötterey geruffen / in sein heiliges Licht und Reich: aber wie danckbahr und ehrlich wir das haben angenommen und gehalten / ist schrecklich genug zu sehen / noch heutiges tages. --- Wir erfüllen auch den Spruch Rom. II, 24. GOTTES Nahme wird durch euch unter die Heyden gelästert. Denn ausgenommen gar wenige / die es mit ernst meinen / und danckbahrlich annehmen / so ist der ander Hauff so undanckbahr / so muthwillig / so frech / und leben nichts anders als hätte uns GOTT sein Wort darum gegeben / und von dem Pabstthum / sampt seinen teuflischen Gefängniß / erlöset / daß wir möchten frey than und lassen / was uns gelüstet / und also sein Wort nicht zu seinen Ehren und unser Seeligkeit / sondern zu unsern Muthwillen dienen müste / so es doch seines lieben Sohnes JESU Christi unsers HERRN und

Progr

que

cem

HA

D

EL

ffita

STO

ffere

NN

De

CU

fion

NN

obl

IAE

atio

TA

one

US

ion

NE

co

NUTRITIO & omnibus presentibus, carmine Germ.  
roni Magni, literarum Promotores atqve Fautores optimi

und Heylandes Blut und Todt gekostet hat / daß uns solches so reichlich geprediget würde. p. 474. Also ist Teutschland reiff und voll allerley Sünden wieder GOET / wills dazu vertheidigen / und trohen mit GOET / daß ich leider allzu ein wahrhaftiger Prophet gewesen bin / da ich oft gesagt / daß entweder der Türcke / oder wir selbst unter einander müsten uns straffen. Quamquam calamitatem inde experta etiam fuerit Germania, & quam misere vexata, ut de ipsa Lutherana Ecclesia fere actum videretur, satis eheu! docet infelix eventus belli Smalcaldici. Quin Ipsum Jubilæum primum, quod Ecclesia nostra ob purgata sacra instituit, in quanto turbarum metu fuit celebratum? Conjuratum jam erat in excidium Ecclesiæ nostræ, & res fere ad arma spectabat, in ipsam flammam tandem erumpens belli illius tam diurni & exitiosi. Neque Güstrovix fuit tum, de quo sibi multum gratularentur, vacillante jam ipsa fide *Serenissimi*, ut jubilæum illud inter spem metumve esset, sine apparatu publici gaudii, & sine scriptis posteritati relictis. Adeo impietas etiam tunc intercepta, aut dubiam reddidit lætitiæ Ecclesiæ, penes quam solam est veritas fidei. Jam majora sunt judicia Dei, quæ premunt Ecclesiam, animumque sollicitum tenent de futuris. Sed jubilandum tamen, dum adhuc nobis salva est veritas & integra in publica fidei confessione, quæ intemerata nobis mansit. Vivant multi pessime! Ast sunt etiam, qui per fidem in gloriam DEI vivunt. Et quos vita corrupta, eos sanare iterum potest, & fidei restituere DEI verbum, quod pure inter nos docetur. Non suspensa fides est à vitæ bonitate, sed à divina virtute Evangelii. Hæc gignit, hæc alit & confirmat fideles. Atque in pessimo quoque, quamdiu non deserit puritatem doctrinæ, in Eccle-

Ecclesia accendi iterum potest fides & major fieri, Rom. I, 16. Hæc gloria, hæc virtus relicta semper est veritati divinæ, ut mortuos etiam possit in vitam revocare. Ast in falsa Ecclesia quid reliquum est ad vitam, dum falsa est? Sit ibi species pietatis magna! Sint preces ardentes, & conatus ad pietatem mirabiles! Sed pestis simul adest, quæ mortem gignit, fidesque alia, quam quæ est Evangelii Gal. I, 8. seq. Indeque vana sunt omnia & in doctrina fidei & in pietate Rom. XIV, 23. Præstat ergo vivere cum veritate Doctrinæ sine pietate, quam pium esse sine veritate, quamvis utrumque periculosum, dum neutra in parte adest plane, quod debet adesse, sicque utrinque peccatur. Sed stat tamen à publica veritate & vis & spes victoriæ & recuperandæ vitæ. Et si Elias jubetur tristitiam deponere ob septem millia eorum, qui in occultis verum Israelis DEUM coluere, non flexis genibus ad Idololatriam, quanto magis jubulare nos oportet ob publicam veritatem fidei, quæ est in Ecclesia & in Scholis nostris. Anne major inde exurgit fidelium multitudo? anne dum liberior est doctrina, & amplius se quotidie diffundit lumen, eo gratius etiam influat in multorum animos? Et conflictetur cum turbis suis Ecclesia nostra! Ast inter turbas etiam firmatur fides, & altius agit radices, dum tentatio animum adducit ad majorem verbi divini curam & meditationem. Ipsa Ecclesia unde Symbola sua accepit, unde firmitudinem suam, nisi inter publicas turbas? Atque inter ipsas controversias etiam cum ita dictis Pietistis & aliis, anne confirmata magis est veritas fidei nostræ? anne dicta Scripturæ accuratius perpensa? anne lingvæ sacræ magis cultæ? Et quid tandem? Tuta adhuc sedes est veræ doctrinæ & purioris in Terris nostris Mecklenburgicis.

b c

Adhuc

Progr

que

cen

HA

D

EL

ffita

STO

ffer

NN

De

CU

fiom

NN

obl

IAE

atio

TA

one

US

ion

NE

co

Nu

Adhuc Serenissimus noster Princeps, CARO-  
LUS LEOPOLDUS, Dominus noster  
longe Clementissimus, adhuc vivit in veritate  
fidei nostræ, imo vivit & curam agit Ecclesiæ plane  
laudabilem, ut constet sibi veritas per omnes fidei par-  
tes in doctrina plane cœlesti. Dicant pro me edicta  
*Serenissimi* publica, quibus in Ecclesia per terras suas  
vult omnia sancte, pie & pure fieri juxta verbum DEI.  
Dicat illud mandatum, quo quam clementissime jussit  
conscribi solidam, brevem, & perspicuam doctrinæ for-  
mam seu Catechesin, eamque sacris literis omninò con-  
formem, ut in posterum instituaturs populus ubiqve iis-  
dem verbis, & eadem forma & methodo docendi, non  
tam multiplici & variante, ex cujuscunqve fere ingenio,  
uti hactenus factum. Dicant tandem ipsi Præsules Sum-  
me Reverendi, quibus Ecclesiæ cura est commissa præ  
aliis, quanta gravitate ipsis *Serenissimus* imperaverit, ut  
bene prospiciant Ecclesiæ, ne præficiantur amplius ho-  
mines inutiles, rudes & impii, aut viâ minus licita aut  
suspectâ. Si quid ergo neglectum fuerit in Sacris, si pec-  
catum connivendo, ut tamen subrepant homines vani, e-  
orum culpa negligitur, qui partem aliquam officii & cu-  
ræ in rebus divinis sibi divisam habent. DEO ergo sint  
gratiæ in æternum, quod veritatem gratiæ suæ in *Jesu*  
*Christo* non solum restituerit Ecclesiæ suæ ad omnem sa-  
lutem, sed vindicaverit etiam hucusqve ab omni  
fraude, injuria & impetu malorum. Conservet nobis  
eandem amplius Pater omnis misericordiæ, confirmet  
& augeat ad quamcunqve bonitatem vitæ nostræ, ut ex  
fide in fidem, ex virtute in virtutem progrediamur.  
Conservet ipse Scholas suas, veritatis altrices & fulcra,  
easque

Nu... omnibus præsentibus, carmine Germ.  
roni Magni, literarum Promotores atqve Fautores ontimi

easque ipse, dum mundus spernit, foveat, tueatur & amplificet, quo subinde majores progressus faciant in omni veritatis agnitione; quæ est καὶ εὐσεβείαν h. e. bonum cultum in gloriam DEI. O DEUS omnis gratiæ & bonitatis, qui ad æternum *Filii Tui* Regnum nos vocasti, ipse etiam nos perface magis, ipse firma, corrobora & defende, ut sit fundata semper probe fides nostra, ad rationem, si quæ opus est, cuilibet reddendam, atque ad propagationem integræ salutis etiam ad posteros in ipso mundi fine. Tibi, DEUS pacis & spei, sit gloria & imperium in secula seculorum Amen! Jam *Serenissimo etiam CAROLO LEOPOLDO, Domino nostro longe Clementissimo* gratias agimus maximas, & majores habemus, pro tam paterna cura, quæ nihil intermittit, ut Ecclesiæ DEI, quæ in terris suis est, semper bene sit, & major salutis accessio fiat in omni veritate divina: quæ nihil etiam intermittit, ut Gymnasium nostrum de futuris etiam bene speret ex tam liberali *Serenissimi* munificentia, ne unquam sit, ut virtus vel algeat, vel veritas prematur, & detrimentum capiat Respublica Christiana. Vivat *Tantus Princeps*, quem nos Patrem Patriæ veneramus, in DEI honorem amplius! Vivat in Salutem Reipublicæ, ut lapsam restituat, ut fractam erigat, ut alienam suo sibi jure conciliet, &, quæ est magnitudine animi incomparabili, vincat, & felicem iterum reddat! Vivat *CAROLUS LEOPOLDUS*, diu & videat iterum, restituta pace, Rempublicam suam & pietate & obsequio & opibus florētissimam! Persequantur hanc pietatem nostram, tunc publici interpretes gaudii nostri, juvenes quidam *selecti*, & in spe virtutis suæ plane commendabiles, hoc ordine, post prologum

b 3

HIERO-



HIERONYMUM CHRISTIAN. LUPELOW,

Neobrand. Mecklenb.

(qui dum paucis dicet de magnitudine hujus jubilæi nostri, Carmine Germanico, aurium benevolentiam cæteris conciliare studebit,)

dicturi

I. JOHANNES GEORGIUS HEUSELER.

Neo - March.

*De veris causis, quæ nos commovent ad jubila in ipsa calamitate Ecclesia nostra:*

II. FRIDERICUS CHRISTOPH. Krüger/

Kiet - Mecklenb.

*De querelis contra Ecclesiam nostram tam externis quàm domesticis, Carmine Teutonico:*

III. GEORGIUS PAULUS MANECKE,

Mecklenb.

*De unica veritate Ecclesia Lutherana in doctrina fidei & morum, licet multi pessimè in eadem vident:*

IV. JACOBUS GIESE, Röbel-Meckl.

*De falsis amicis in ipsa Ecclesia Nostrâ, sive Indifferentibus sive Pietistis:*

V. JOHAN

NUTRITIO & omnibus præsentibus, carmine Germ.  
roni Magni, literarum Promotores atque Fautores optimi

V. JOHANN. JOACHIMUS WILCKEN,  
Zetem. Mecklenb.

*De necessitate librorum Symbolicorum, quibus discernitur  
Ecclesia nostra ab aliis:*

VI. SAMUEL WILCKEN, Zetem. Meckl.

*De obligatione ad gratias DEO, & Principi nostro Serenissimo  
agendas, quod adhuc sumus in Ecclesia Lutherana, atque  
ad preces fundendas semper, ut in eadem conser-  
vemur, quia lapsus & defectio est facilis ad  
errorem.*

Hæc facies est pietatis nostræ in Schola futuræ, atque hæc nomina sunt eorum, qui eandem explere per partes suas studebunt. Tuum jam erit, Güstrovia, magnitudinem rei apud ipsum animum perpendere. Te quam clementissime DEUS hucusque respexit, ut non solum ex ipsis tenebris ad lucem emerferis, sed eadem adhuc fruaris, Evangelii veritate & in templis, & in Schola quam clarissime Tibi prælucente. In ipso meridie theses suas quondam affixit Wittenbergæ beatissimus Lutherus, sed cum ad occasum vergeret iterum magnum Solis lumen, ut nimirum intelligerent homines, Evangelii lucem ad summam quidem vim iterum apud se perventuram esse, sed non sine metu occasus sui, nisi ea, qua fas est, pietatis cura in vera fide accederet semper. In ipso meridie etiam Güstrovia phosphorum

Progr

phorum illum Magnum JESUM CHRISTUM apud te  
ex sacra scriptura lucentem vidisti, & adhuc, quæ est  
DEI gratia, vides, sed quæ pietatis mente ipsa videas  
Nolo ego multis jam in vitæ nostræ genus inquirere,  
quod aliis judicandum relinquo, id tamen fieri jam fas  
est, ut externam saltem pietatis speciem præ nobis fe-  
ramus, ne videamur plane alieni esse à Scholarum et-  
iam pietate, quam probant etiam ethnici, multo ma-  
gis debent Lutherani. Quare, ut jubilæum nostrum il-  
lustrius fiat in Gymnasio nostro, pietasque nostra au-  
geatur magis, quam in gloriam DEI testaturi sumus  
publice & IV die à meridie hora III, & VI hora III. No-  
vembr., à Viris Perillustribus, summe Reverendo, Excel-  
lentissimis, Consultissimis, Maxime Reverendis, Am-  
plissimis atque Clarissimis, Dnn. Patronis & literarum  
Fautoribus, ut velint eò confluere, remque nostram be-  
nevolentia sua juvare, est quod obnixè & quam obser-  
vantissime orat rogatque

JOACHIM. OTTO, Rect. Gymnas.





GÜSTROVIAE,

Typis JOHANNIS LEMBKII, Typographi Aulici.

A. M. DCCXVII.

Nu... carmine Germ.  
roni Magni, literarum Promotores atque Fautores optimi





De Riddagshausano coenobio autem hæc traduntur. Dies  
 Kloster hat einen Abbet gehabt und eine feine Schule, darinnen  
 12 Knaben mit aller Nothdurft unterhalten, und in Logicis stu-  
 diis durch einen Magistrum, welchen der Abt besoldet, institui-  
 ret werden. Solcher Kloster-Schulen seyn 6. im Lande  
 schweig, in unterschiedliche Classes abgetheilet, durch w  
 Stipendiaten ordentl. geführet werden, bis man sie ent  
 der Universitæt nach Helmstädt mit Nuß verschick  
 Cum deinde turbulento *Brunsvicum*, mox vero Gv  
 tum adiiisset, in secessu vicino *Zessen* ab Avia sua te  
 receptus & per 9 dies retentus fuit. Amoenitates aut  
 fementes, dictaque Monasteria latius enarrabant Auto  
 Baringium reperiundi.

§. 7.

Hessemo die 4 Martii discedebatur, reliquaque  
 stadio, Schanderslebiaque, *Halam*, intravit, ubi d.  
 præter alia, salinas quoque vidit, de quibus ita: D. M  
 Bericht nach, sollen die Salz-Roten jährlich 2 Tonnen  
 tragen. Doch wird eine wieder auf die Unkosten g  
 Von der andern muß man dem Hrn. Bischof ein gena  
 richten, welcher das Feudum 123 Häusern verleihet.  
 vero de his Salinis Scriptorum nubem collegit Clar.  
 SIGIUS, plenior sine dubio dabunt notitiam in *Bt*  
*xon. Super.* p. 941. In templo Cathedrali Halensi  
 runt Epitaphium D. Mosmanni, ex unica sua uxore  
 liberorum Parentis facti, cujus πολυγενίας alia plurac  
 peditabant exempla, *STISSERUS ad Sirac.* 16. p. 17  
*CARTUS Observat. Hist. Polit. Decad. II.* p. 286 - 2  
*Jac. THOMASII, Oratt.* p. 121. *LANSII Consult.* p. n  
 omittam *STEPNERUM in Inscript. Lipsiensibus:* A

